

## INDEX GENERALIS

Approbatio S. Rituum Congregationis . . . . .	(3)
Bullæ Summorum Pontificum . . . . .	(5)
Motu proprio Ioannis Papæ XXIII . . . . .	(8)
Decretum generale S. Congregationis Rituum . . . . .	(9)
Rubricæ generales . . . . .	(10)
De anno et eius partibus . . . . .	(33)
Calendarium . . . . .	(40)
Ritus servandus in celebratione Missæ . . . . .	(46)
De defectibus in celebratione Missarum occurribus . . . . .	(56)
Præparatio ad Missam . . . . .	(59)
Proprium de Tempore . . . . .	1
Ordo Missæ . . . . .	349
Præfationes . . . . .	357
Canon Missæ . . . . .	437
Proprium Sanctorum . . . . .	455
Tabula orationum . . . . .	797
Commune Sanctorum . . . . .	[1]
Missæ votivæ . . . . .	[56]
Missæ defunctorum . . . . .	[131]
Proprium Sanctorum pro aliquibus locis . . . . .	[155]
Commune Sanctorum pro aliquibus locis . . . . .	[242]
Ordo ad faciendam et aspergendam aquam benedictam . . . . .	[254]
Cantus ad libitum . . . . .	[257]

# MISSÆ PROPRIÆ DIŒCESIS EYSTETTENSIS

Die 5 Decembris

S. SOLÆ CONFESSORIS  
PATRONI MINUS PRINCIP.  
DICECESIS

Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Conf.  
non Pont. 1 loco, præter Orationes  
sequentes:

Oratio

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, in cuius honóre ómnium Sanctórum festa celebrántur: ánnue deprecationibus nostris; ut in hac celebritáte sancti Solæ Confessóris tui, ipso intercedénte, mereámur, de tuæ pietátis abundántia gratulári. Per Dóminum nostrum.

Et, post Commemorationem Feriæ, fit Commemoratio S. Sabbæ Abbatis:

Oratio

**I**ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Sabbæ Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta

**A**ccépta tibi sit, Dómine, nostræ devotiónis oblátio: et ad sancti Solæ Confessóris tui puriores fáciat venire festivitátem. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Sabba

Secreta

**S**acris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Sabbas, quæsumus, in salútem nobis provenire depóscat. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

**B**eáti Confessóris tui Solæ, Dómine, suffrágiis exorátus: percépta nos Sacraménti tui virtúte defénde. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Sabba Postcommunio

**P**rótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beá tus Sabbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insignia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum.

Die 18 Decembris

S. WUNIBALDI CONF.  
PATRONI MINUS PRINCIP.  
DICECESIS

Duplex majus

Introitus Ps. 36, 30-31

**O**s justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loqué tur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Ps. ibid., 1** Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

**V.** Glória Patri.

**Oratio**

**D**eus, qui hodiernam diem beati Wunibaldi Confessoris tui migratione consecrasti: concéde, quæsumus; ut, cuius annuam celebritatem devotis veneramur obséquiis, ejus suffragiis pietatis tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum nostrum.

**Et fit Commemoratio Feriæ.**

Léctio libri Sapiéntiæ

**Eccli. 31, 8-11**

**B**éatus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesauris. Quis est hic, et laudábitus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit tránsgredi, et non est transgréssus: fádere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclésia sanctórum.

**Graduale Ps. 91, 13 et 14** Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **V. Ibid., 3** Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

Allelúja, allelúja. **V. Jac. 1, 12** Beatus vir, qui suffert tentationem: quóniam, cum probátus fúerit, accipiet corónam vitæ. Allelúja.

**Sequentia sancti Evangélii secundum Matthæum**

**Matth. 19, 27-29**

**I**n illo témpore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo

erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum séderit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accipiet, et vitam ætérnam possidébit.

**Offertorium Ps. 88, 25** Véritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nōmine meo exaltabitur cornu ejus.

**Secreta**

**S**ancti Wunibaldi Confessoris tui, Dómine, annua solémnitas pietati tuæ nos reddat accéptos: ut, per hæc piæ oblationis officia, et illum beata retribútio comitétur, et nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum nostrum.

**Et fit Commemoratio Feriæ.**

**Communio Matth. 24, 46-47** Beatus servus, quem, cum vénerit dominus, invénerit vigilantem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio**

**P**ópulum tuum, quæsumus, Dómine, pio favore proséquere: et a cunctis adversitatibus, beato Wunibaldo Confessore tuo intercedente, custodi. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

**Et fit Commemoratio Feriæ.**

Die 7 Februarii

S. RICHARDI CONFESSORIS  
PATRONI MINUS PRINCIP.  
DICECESIS

Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Conf.  
non Pont. 1 loco, præter Orationes  
sequentes:

Oratio

**D**eus, cuius grátia beátus Richárdus Rex temporálem dignitátem in ætérnam sublimitátem mutávit: da nobis, quæsumus, ex ejus imitatióne próspera mundi despícere; et cælestium bonorum semper participatióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Romualdi Abbatis:

Oratio

**I**ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Romuálidi Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus, et legitur ejus Evangelium in fine.

Secreta

**H**óstias, Dómine, quas nōmini tuo sacráandas offérimus, sancti Richárdi Confessóris tui prosequátur orátio: per quam nos expiári tribuas et deféndi. Per Dñm.

Pro S. Romualdo Secreta

**S**acris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Romuáldus Abbas, quæsumus, in salútem nobis provenire depóscat. (Per Dóminum nostrum.)

Postcommunio

**R**efécti, Dómine, benedictiōne cælesti, quæsumus cleméntiam tuam: ut, intercedénte beáto Richárdo Confessóre tuo; quæ humiliter gérimus, salúbriter sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Romualdo Postcommunio

**P**rótegat nos, Dómine, cum tui perceptiōne sacraménti beá tus Romuáldus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiōnis ejus experiámur insignia, et intercessiōnis percipiámus suffrágia. (Per Dóminum nostrum.)

¶ Missæ dici possunt etiam de S. Romualdo Abbatे, cum Commemoratione S. Richardi. Eodem modo de omnibus Festis Duplicibus majoribus vel minoribus aut Semiduplicibus, quæ perpetuo vel accidentaliter impedian tur, dici possunt Missæ etiam privatæ ad libitum Sacerdotis, servatis Rubricis.

Die 25 Februarii

(in anno bissextili 26)

S. WALBURGÆ VIRGINIS  
PATRONÆ MINUS PRINCIP.  
DICECESIS

Duplex II classis

Introitus Jer. 11, 16

**O**LIVAM úberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dóminus nomen tuum: ad vocem loquélae, grandis exársit ignis in ea. (T. P. Allelúja, allelúja.) Ps. 44, 2 Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

V. Glória Patri.

**Oratio**

**D**eus, qui inter innúmera grátiæ tuæ dona étiam in sexu femineo tua operáris magnália: concéde propítius; ut beátæ Walbúrgæ Virginis tuæ apud misericórdiam tuam patrocínia sentiámus, cujus non solum castitátis illustrámur exémplis, verum étiam miraculórum glória jucundámur. Per Dóminum nostrum.

**Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus.**

**Léctio libri Sapiéntiæ**

**Cant. 2, 1-8**

**E**go flos campi et lílum conválíum. Sicut lílum inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvárum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi: et fructus ejus dulcis gútturi meo. Introdúxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. Fulcite me flóribus, stipáte me malis: quia amóre lángueo. Læva ejus sub cápite meo, et déxtera illius amplexabitur me. Adjúro vos, filiæ Jerúsalem, per cápreas cervósque campórum, ne suscitétis neque evigiláre faciátis dilectam, quoadúsque ipsa velit.

**Graduale Ps. 111, 2-4** Potens in terra erit semen ejus: generátiō rectórum benedicétur. **V.** Glória et dívitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Allelúja, allelúja. **V. Ezech. 47,** 12 Aquæ ejus de sanctuário egrediéntur; et erunt fructus ejus ad medicinam. Allelúja.

**Post Septuagesimam, omissis Al-  
lelúja et Versu sequenti, dicitur**

**Tractus Ps. 44, 11, 13 et 15-16**

Audi, filia, et vide et inclína aurem tuam: quia concupivit Rex spéciem tuam. **V.** Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: filiæ regum in honóre tuo. **V.** Adducéntur Regi Virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi. **V.** Afferéntur in lætitia et exsultatióne: adducéntur in templum Regis.

**In Missis votivis Tempore Pas-  
chali dicitur:**

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 44, 15-16** et 5 Adducéntur Regi Virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lætitia. Allelúja. **V.** Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, próspero procéde et regna. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélii se-  
cúndum Matthéum

**Matth. 25, 1-13**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábola hanc: Si- mile erit regnum cælórum decem virginibus: quæ, accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes, et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exite óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ au-

tem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánua. Novíssime vero véniant et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen, dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem neque horam.

**Et in Ecclesiis propriis tantum dicitur Credo.**

**Offertorium Ps. 44, 11** Audi, filia, et vide et inclína aurem tuam: et obliviscere pópulum, tuum et domum patris tui. (**T. P.** Allelúja.)

### Secreta

**H**as hóstias, Dómine, supérna benedictióne sanctifica: et, intercedénte sancta Walbúrga Vírgine tua, eódem nos igne succénde; qui ipsíus cor ad te diligéndum júgiter inflammávit. Per Dóminum.

**Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus.**

**Communio Job 28, 10 et 29, 6** In petris rivos excídit et omne pretiósrum vidit óculus ejus. Et petra fundébat mihi rivos ólei. (**T. P.** Allelúja.)

### Postcommunio

**B**enedictiónis tuæ, Dómine, grátiā, intercedénte beáta Walbúrga Vírgine, cósequi mereá-

mur: ut, cujus venerándam celebrámus festivitátem; ejus in cunctis necessitatibus nostris auxilia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus, ac legitur ejus Evangelium in fine.**

### Die 15 Martii

### S. CLEMENTIS MARIÆ HOFBAUER CONFESSORIS

#### Duplex majus

**Missa Justus, de Communi Conf. non Pontificis 2 loco, præter Orationes sequentes:**

#### Oratio

**D**eus, qui beatum Cleméntem Mariam miro fidei róbore et invictæ constántiae virtute decorásti: ejus méritis et exémplis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritaté fervéntes; ut præmia consequámur ætérrna. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio Feriæ ac legitur ejus Evangelium in fine.**

### Secreta

**I**lle nos, quæsumus, Dómine, de votiónis ignis accéndat; quo beatus Clemens María, dum salutárem offérret hóstiam, júgiter flagrávit. Per Dóminum nostrum.

### Postcommunio

**C**aelésti pane reféctis concéde nobis, omnípotens Deus: ut beáti Cleméntis exémplo, in fortitudine cibi illius usque ad montem, qui Christus est, feliciter perveniámus: Qui tecum vivit.

Die 21 Aprilis  
**S. CONRADI A PARZHAM**  
**CONFESSORIS**

**Duplex**

**Missa Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes:**

**Oratio**

**D**eus, qui misericordiæ tuæ jánuam fidélibus patére voluisti: te súpplices exorámus; ut, intercedénte beáto Conrádo Confessóre tuo, temporália subsídia nobis tribuas et ætéerna. Per Dóminum.

**Et fit Commemoratio S. Anselmi Ep. et Doct.:**

**Oratio**

**D**eus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ansélmum minístrum tribuisti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

**Credo, ratione Commemorationis S. Doctoris.**

**Secreta**

**O**blatiónes nostraras tibi, Dómine, quæsumus, beáti Conrádi intercéssio veneránda comméndet: quem coram tuis altáribus precántem supernórum charismatum dulcédine recreásti. Per Dóminum.

**Pro S. Anselmo                      Secreta**

**S**ancti Ansélmi Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orálio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtineat. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio**

**S**úmpsimus, Dómine, tua sancta, beáti Conrádi mérita recoléntes: præsta, quæsumus; ut ejus semper et præcláro proficiámus exémpló et fidéli muniámur auxilio. Per Dóminum nostrum.

**Pro S. Anselmo                      Postcommunio**

**U**t nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Ansélmus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quæsumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum.

## Die 27 Aprilis

**S. PETRI CANISII**  
**CONF. ET ECCL. DOCT.**

**Duplex II classis****Introitus Eccli. 15, 5**

**I**n médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam gloriæ induit eum, allelúja, allelúja. **Ps. 91, 2** Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altissime. **V.** Glória Patri.

**Oratio**

**D**eus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessórem tuum virtúte et doctrína roborásti: concéde propítius; ut ejus exémplis et móntis errantes ad salútem resipiscant, et fidèles in veritatis confessióne persevérent. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum **2 Tim. 4, 1-8**

**C**aríssime: Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicátorus est vivos et mórtuos, per

advéntum ipsius et regnum ejus: prædica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbsecra, increpa in omni patiéntia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem auditum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vigila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delibor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt advén-tum ejus.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 118, 46**  
Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar. Allelúja. **V. 1 Cor. 9, 22**  
Omnia ómnibus factus sum, ut omnes fácerem salvos. Allelúja.

In Missis votivis per annum dicitur

**Graduale Ps. 118, 129-130** Mira-bilia testimónia tua, Dómine, ideo scrutáta est ea ánima mea. **V.** Declaratio sermónum tuórum illúmi-nat et intelléctum dat párvulis.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 108, 30**  
Confitébor Dómino nimis in ore meo: et in médio multórum lau-dábo eum. Allelúja.

**Post Septuagesimam, omissis Al-**  
**lelúja et Versu sequenti, dicitur**

**Tractus Ps. 118, 104, 105 et 158**  
A mandátis tuis intelléxi, proptér-ea odívi omnem viam iniquitátis. **V.** Lucérna pédibus meis verbum tuum, et lumen sémitis meis. **V.** Vidi prævaricántes et tabescébam, quia elóquia tua non custodiérunt.

**Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Mattháeum**

**Matth. 5, 13-19**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus dis-cipulis suis: Vos estis sal ter-ræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad nihil valet ultra, nisi ut mittátur foras, et concul-cétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abs-cóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super cande-lábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et glorifícen Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite putáre, quóniam veni sólvere le-gem aut prophétas: non veni sólvere, sed adimplére. Amen, quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vo-cábitur in regno cælórum.

Credo.

**Offertorium Ps. 33, 12** Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos, allelúja.

**Secreta**

**S**anctifica, misericors Deus, hæc múnera tibi oblata, et Ecclésiæ tuæ, beato Petro intercedente, unitatis et pacis propitiis dona concéde. Per Dóminum nostrum.

**Communio Is. 12, 3** Hauriétilis aquas in gáudio de fóntibus Salvatoris, allelúja.

**Postcommunio**

**S**acrificium, Dómine, quod in honorem beati Petri Confessoris tui atque Doctoris obtulimus: fidem nostram, spem et caritatem augeat, et Ecclésiam tuam nova semper prole lætificet. Per Dóminum nostrum.

Sabbato primo mensis Maji

IN SOLEMNITATE B. M. V.  
PATRONÆ BAVARIÆ

**Duplex I classis**

**¶ Extra Tempus Paschale omituntur Allelúja ad Introitum, Offertorium et Communionem.**

**Introitus**

**G**AUDEAMUS omnes in Dómino, Patrocínium celebrantes gloriósæ Virginis Mariæ, de cuius solemnitaté gaudent Angeli et collaudant Filium Dei, allelúja, allelúja. **Ps. 43, 2** Deus, auribus nostris audivimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**D**eus, qui dilécti Filii tui Genitricem nobis Matrem ac Patrónam dare dignátus es: concéde propitiis; ut sub hujus Matris tuté-

la ab omni hóstium defendámur in círsu, et sine timore in sanctitaté et justitia tibi serviámus. Per eúndem Dóminum nostrum.

Léctio libri Apocalýpsis beati Joánnis Apóstoli

**Apoc. 12, 1, 5, 10 et 17**

**S**ignum magnum appáruit in cælo: múlier amicta sole et luna sub pédibus ejus et in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Et pérperit filium másculum, qui recturus erat omnes gentes in virga férrea, et raptus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus. Et audi vi vocem magnam in cælo dicéntem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potéstas Christi ejus, quia projectus est accusátor fratrū nostrorum, qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri die ac nocte. Et irátus est draco in mulierem et abiit fácere prælium cum réliquis de sémine ejus, qui custódiunt mandáta Dei et habent testimónium Jesu Christi.

Allelúja, allelúja. **V. Num. 17, 8** Virga Jesse flóruit: Virgo Deum et hóminem génuit: pacem Deus redidit, in se reconcilians ima summis. Allelúja. **V. Luc. 1, 28** Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. Allelúja.

**Extra Tempus Paschale**

**Graduale Cant. 6, 3 et 9** Tota formósa et suávis es, filia Sion; pulchra ut luna, élæcta ut sol, terribilis ut castrorum ácies ordináta.

**V. Judith 13, 22** Benedíxit te Dóminus in virtute sua, quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros.

Allelúja, allelúja. **V. Luc. 1, 28**  
Ave, María, grátia plena; Dómi-nus tecum: benedicta tu in mulié-ribus. Allelúja.

**In Missis votivis post Septuage-simam, omissis Allelúja et Versu-sequenti, dicitur**

**Tractus Ps. 44, 11 et 12** Audi, fi-ilia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam. **V. Ib., 13 et 10** Vultum tuum depre-cabúntur omnes dívites plebis: filiæ regum in honóre tuo. **V. Ib., 15-16** Adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi. **V.** Af-feréntur in lætitia et exsultatióne: adducéntur in templum Regis.

**+** Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Joánnem

**Joann. 2, 1-11**

**I**n illo témpore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: et erat Mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discípuli ejus ad núptias. Et deficiénte vino, dicit Ma-ter Jesu ad eum: Vinum non ha-bent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, múlier? nondum venit hora mea. Dicit Mater ejus mini-stris: Quodcúmque díixerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapideæ hý-driæ sex pósitæ secúndum purifi-catiónen Judæórum, capiéntes sín-gulæ metrétas binas vel ternas. Di-cit eis Jesus: Impléte hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad sum-mum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulérunt. Ut autem gustávit architri-clinus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset, ministri autem

sciébant, qui háuserant aquam: vo-cat sponsum architriclinus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriáti fü-e-rint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signórum Jesus in Cana Galilææ: et mani-festávit glóriam suam, et credidé-runt in eum discípuli ejus. **Credo.**

**Offertorium Jerem. 18, 20** Recor-dáre, Virgo Mater, in conspéctu Dei, ut loquáris pro nobis bona, et ut avértat indignatiónen suam a nobis, allelúja.

### Secreta

**P**ræsta, quássumus, omnípotens Deus: ut, précibus beátæ Mariæ semper Vírginis, cuius Pa-trocínio gloriámur, fidéles tui hó-stiam salutárem tibi fervéntius óf-ferant, et consequántur efféctum. Per Dóminum nostrum.

**Præfatio de B. Maria Virg.** Et te in Festivitatē.

**Communio Cant. 2, 3** Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi, et fructus ejus dulcis gútturi meo, allelúja.

### Postcommunio

**C**ælestibus pasti deliciis, te súp-plices deprecámur, Dómine, Deus noster: ut, beáta María sem-per Vírgine protégente, ab erróri-bus sǽculi carnísque illécebris ser-váti, et in fide inveniámur stábiles et in ópere efficáces. Per Dómi-num nostrum.

**¶ In Missis votivis dicitur Intro-i-tus Salve, de Communi Festorum B. Mariæ Virg.**

Die 1 Maji  
CANONISATIONIS  
S. WALBURGÆ VIRGINIS  
COMMEMORATIO

(In Missis privatis lectis tantum)

Oratio

**D**eus, qui inter innúmera grátiæ tuæ dona, étiam in sexu femineo tua operáris magnália: concéde propítius; ut beátæ Walbúrgæ Vírginis tuæ apud misericórdiam tuam patrocínia sentiámus, cuius non solum castitátis illustrámur exémplis, verum étiam miraculórum glória jucundámur. Per Dóminum.

Secreta

**S**acrificium oblátum, quæsumus, Dómine, beátæ Walbúrgæ Vírginis tuæ orátio, majestáti tuæ redat accéptum; pro cuius veneránda commemoratione tibi devóto offératur obséquio. Per Dóminum.

Postcommunio

**B**enedictionis tuæ, Dómine, grátiā, intercedénte beáta Walbúrga Vírgine tua, cónsequi mereámur: ut, cuius venerándam glóriam prædicámus, ejus in ómnibus nostris necessitatibus auxílium sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Die 16 Maji

S. JOANNIS NEPOMUCENI  
MARTYRIS

Duplex majus

Introitus Ps. 63, 3

**P**ROTEXISTI me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multitúdine operántium iniquitátem, allelúja, allelúja.

Ps. ibid., 2 Exáudi, Deus, oratiōnem meam, cum déprecor: a timóre inimici éripe ánimam meam.

**V.** Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentále siléntium nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti: da nobis, ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodire; ac ómnia pótius mala quam ánimæ detriméntum in hoc sæculo toleráre. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Oratio

**A**uxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impén-de: et, intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra omnes diáboli nequitias dexteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Sap. 5, 1-5

**S**tabunt justi in magna constán-tia advérsus eos, qui se angu-stiavérunt et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timore horribili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salútis, dicéntes intra se, pœniténtiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habúimus aliquando in derísum et in similitúdi-nem impropérii. Nos insensáti vi-tam illórum æstimabámus insá-niam, et finem illórum sine honóre: ecce, quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

Allelúja, allelúja. **V.** Ps. 88, 6  
 Confitebúntur cæli mirabilia tua,  
 Dómine: étenim veritátem tuam in  
 ecclésia sanctórum. Allelúja. **V.**  
**Ps. 20, 4** Posuísti, Dómine, super  
 caput ejus corónam de lápide pre-  
 tióso. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélii se-  
 cundum Matthæum  
**Matth. 10, 26-32**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discí-  
 pulis suis: Nihil est opértum,  
 quod non revelábitur; et occútum,  
 quod non sciétur. Quod dico vobis  
 in ténebris, dicite in lúmine: et  
 quod in aure audítis, prædicáte su-  
 per tecta. Et nolite timére eos, qui  
 occídunt corpus, ánimam autem  
 non possunt occidere; sed pótius  
 timéte eum, qui potest et ánimam  
 et corpus pérdere in gehénnam.  
 Nonne duo pásseres asse véneunt:  
 et unus ex illis non cadet super ter-  
 ram sine Patre vestro? Vestri au-  
 tem capilli cápití omnes numeráti  
 sunt. Nolite ergo timére: multis  
 passéribus melióres estis vos. Om-  
 nis ergo, qui confitébitur me coram  
 homínibus, confitébor et ego eum  
 coram Patre meo, qui in cælis est.

**Offertorium Ps. 88, 6** Confitebún-  
 tur cæli mirabilia tua, Dómine: et  
 veritátem tuam in ecclésia sanctó-  
 rum, allelúja, allelúja.

### Secreta

**H**æc tua, Dómine, sacra mysté-  
 ria illum in nobis, quæsu-  
 mus, ignem accéndant: quo inclý-  
 tus Martyr et Sacérdos tuus Joán-  
 nes, ea peragéndo, flagrábat. Per  
 Dóminum nostrum.

### Pro S. Ubaldo

### Secreta

**S**ancti tui, quæsumus, Dómine,  
 nos ubique lætíficent: ut, dum  
 eórum mérita recólimus, patrocínia  
 sentiámus. Per Dóminum nostrum  
 Jesum Christum, Filium tuum: Qui  
 tecum vivit et regnat in unitáte Spí-  
 ritus Sancti Deus.

**Communio Ps. 63, 11** Lætábitur  
 justus in Dómino, et sperábit in eo:  
 et laudabúntur omnes recti corde,  
 allelúja, allelúja.

### Postcommunio

**F**ragilitátem nostram, Dómine,  
 cælestis hæc mensa fórtium  
 pane confírmet: qui beáti Mártyris  
 et Sacerdótis tui Joánnis tentátam  
 contra honórem Sacraménti con-  
 stántiam júgiter áluit ad victóriam.  
 Per Dóminum nostrum Jesum Chri-  
 stum, Filium tuum: Qui tecum vivit  
 et regnat in unitáte Spíritus Sancti  
 Deus.

### Pro S. Ubaldo Postcommunio

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens  
 Deus: ut, de percéptis munéri-  
 bus grátias exhibéntes, intercedé-  
 nte beáto Ubaldo Confessóre tuo at-  
 que Pontífice, benefícia potíora su-  
 mámus. Per Dóminum nostrum  
 Jesum Christum, Filium tuum: Qui  
 tecum vivit et regnat in unitáte Spí-  
 ritus Sancti Deus: per ómnia sácu-  
 la sæculórum.

**R.** Amen.

**¶ Pro votiva extra Tempus Pas-  
 chale dicitur Missa Lætábitur, de  
 Communi unius Martyris 4 loco,  
 præter Orationes ut supra.**

Feria II  
post Festum Ss̄mæ Trinitatis  
IN TRANSLATIONE  
S. WILLIBALDI EP. ET CONF.

Duplex majus

Introitus Eccli. 45, 30

**S**TATUIT ei Dóminus testamento pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum. **Ps. 131, 1** Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetudinis ejus.

**V.** Glória Patri.

Oratio

**D**a, quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Willibáldi Confessóris tui atque Pontíficis veneranda translationis solémnitas; et devotíonem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Léctio libri Sapiéntiæ

Eccli. 44, 16-27 et 45, 3-20

**E**cce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurando fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictíonem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confir-mávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiōibus suis: conservávit illi misericórdiam suam: et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in con-

spéctu regum: et dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdótium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsius, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

**G**raduale Eccli. 44, 16 Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. **V. Ibid., 20** Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 109, 4** Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchisedech. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélīi se-cúndum Matthæum

Matth. 19, 27-29

**I**n illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratiōne, cum séderit Filius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

Credo.

**O**ffertorium Ps. 88, 25 Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

**Secreta**

**S**uscípiat cleméntia tua, quásimus, Dómine, de máníbus nostris munus oblátum: et, per beáti Willibáldi Confessóris tui atque Pontificis oratiónes, ab ómnibus nosmundet peccátis. Per Dóminum.

**Communio Matth. 19, 28 et 29**  
Amen, dico vobis, quod vos, qui reliquistis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam ætérnam possidébitis.

**Postcommunio**

**D**ivína, Dómine, libántes mystéria, quæ in beáti Willibáldi Confessóris tui atque Pontificis veneratióne tuæ obtúlimus maje-stati: quásimus; ut per ea véniam percipere mereámur peccatórum, et cælestis gratiæ donis reficiámur. Per Dóminum nostrum.

**Die 31 Maji**

**B. MARIÆ VIRG. OMNIUM GRATIARUM MEDIATRICIS**

**Duplex majus**

**Missæ Adeámus, ut in Proprio Sanctorum pro aliquibus locis.**

**Et fit Commemoratio S. Angelæ Mericiæ Virg. et S. Petronillæ Virg., ut in Missali hac die.**

**Die 5 Junii**

**S. BONIFATII EPISCOPI ET MARTYRIS**

**Duplex II classis**

**Missæ Exsultábo, ut in Missali hac die.**

**Die 16 Junii**

**S. BENNONIS EP. ET CONF.**

**Duplex majus**

**Missæ Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes:**

**Oratio**

**D**eus, qui nos beáti Bennónis Pontificis confessióne gloriósa circúmdas et prótegis: da nobis, ex ejus imitatióne profícere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

**Secreta**

**S**anctus tuus, quásimus, Dómine, Benno Conféssor et Póntifex nos ubique lætificet: ut, dum ejus recólimus mérita gloriósa, apud te semper ejus patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio**

**Quásimus, Dómine, salutáribus repléti mystérii: ut sancti tui Bennónis Confessóris et Pontificis, cuius solémnia celebrámus; étiam intercessióne adjuvémur. Per Dóminum nostrum.**

**Die 3 Julii**

**S. OTTONIS EP. ET CONF.**

**Duplex****Introitus Eccli. 45, 30**

**S**TATUIT ei Dóminus testamento pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdótii dignitas in æténum. **Ps. 131, 1** Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**D**a, quāsumus, omnipotens Deus: ut beāti Ottónis Confessoris tui atque Pontificis veneranda solēmnitas, et devotōnem nobis áugeat et salūtem. Per Dóminum.

**Et fit Commemoratio S. Leonis II Papæ et Conf.:**

**Oratio**

**D**eus, qui beátum Leónem Pontificem Sanctórum tuórum méritis coæquásti: concéde propitiū; ut, qui commemoratiōnis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exempla. (Per Dóminum.)

**Deinde Commemoratio Octavæ Ss. Petri et Pauli Apostolorum:**

**Oratio**

**D**eus, qui hodiernam diem Apostolorum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præceptum; per quos religiōnis sumpsit exordium. Per Dóminum nostrum.

**Léctio libri Sapiéntiæ**

**Eccli. 44, 16-27; 45, 3-20**

**E**cce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est invéntus similis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurando fecit illum Dóminus crēscere in plebem suam. Benedictiōnem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiōnibus suis: conservávit illi misericórdiam suam: et invénit gratiā coram oculis Dómini. Magni-

ficávit eum in conspéctu regum: et dedit illi corónam gloriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdótium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nōmine ipsius, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitatis.

**Graduale Eccli. 44, 16** Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. **V. Ibid., 20** Non est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Alleluja, alleluja. **V. Ps. 109, 4** Tu es sacérdos in ætérnum, secundum órdinem Melchisedech. Alleluja.

**+** Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam **11, 33-36**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis: Nemo lucernam accéndit, et in abscondito ponit, neque sub módio: sed supra candelábrum, ut, qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lúcidum erit: si autem nequam fuerit, étiam corpus tuum tenebrósum erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lúcidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrárum, erit lúcidum totum, et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

**Credo, ratione Octavæ.**

**Offertorium Ps. 88, 21-22** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et bráchium meum confortabit eum.

**Secreta**

**S**ancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Pro S. Leone****Secreta**

**A**nnue nobis, quæsumus, Dómine, ut intercessióne beáti Leónis hæc nobis prosit oblátio: quam immolándo, totius mundi tribuísti relaxári delicta. (Per Dóminum.)

**Pro Octava Ss. Apostolorum  
Secreta**

**H**óstias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, apostólica prosequátur orátio: per quam nos expiári tribuas et deféndi. Per Dóminum nostrum.

**Præfatio de Apostolis, ratione Octavæ.**

**Communio Luc. 12, 42** Fidélis servus et prudens, quem constituit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

**Postcommunio**

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercénte beáto Ottóne Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potíora sumámus. Per Dóminum nostrum.

**Pro S. Leone Postcommunio**

**D**eus, qui ánimæ fámuli tui Leónis ætérnæ beatitúdinis præmia contulisti: concéde propítius; ut, qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te préci-bus sublevémur. (Per Dóminum.)

**Pro Octava Ss. Apostolorum  
Postcommunio**

**Q**uos cælesti, Dómine, aliménto satiásti: apostólicis interces-siónibus ab omni adversité custódi. Per Dóminum nostrum.

**In fine legitur sequens Evangelium de Octava:**

**+** Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Matthæum

**Matth. 19, 27-29**

**I**n illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Filius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut ma-trem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, cén-tuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

**Die 4 Julii  
S. UDALRICI EP. ET CONF.**

**Duplex**

**Missa** Státuit, de Communi Con-fessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem sequentem:

**Oratio**

**D**eus, qui cónspicis, quia ex nul-la nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut, intercessióne beáti Udalrici Confessóris tui atque Pontificis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

**Et fit Commemoratio Octavæ Ss.  
Petri et Pauli Apostolorum:  
Oratio**

**D**eus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclésiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum; per quos religionis sumpsit exordium. Per Dóminum.

**Secreta**

**S**ancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificant: ut, dum eorum mérita recolimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Pro Octava Ss. Apostolorum  
Secreta**

**H**óstias, Dómine, quas nōmini tuo sacrandas offérimus, apo-

stólica prosequátur orálio: per quam nos expiári tribuas et défendi. Per Dóminum nostrum.

**Præfatio de Octava.**

**Postcommunio**

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibentes, intercedente beato Udalrico Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumámus. Per Dóminum nostrum.

**Pro Octava Ss. Apostolorum  
Postcommunio**

**Q**uos cælesti, Dómine, aliménto satiásti: apostolicis intercessiónibus ab omni adversitaté custodi. Per Dóminum nostrum.

Die 7 Julii

**IN SOLEMNITATE S. WILLIBALDI EP. ET CONF.  
PATRONI PRINCIPALIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS  
AC DIŒCESIS EYSTETTENSIS**

**Duplex I classis cum Octava communi**

**Introitus**

**G**AUDEAMUS omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore sancti Willibaldi Præsulis: de cuius solemnitate gaudent Angeli et collaudant Filium Dei. **Ps. 91, 13 et 14** Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dómini.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**D**eus, qui gloriósum Pontificem tuum Willibaldum, Anglórum regni herédem, hodierna die ad ætérnam Angelórum hereditátem

transtulisti: concéde propitiú; ut ejus méritis et intercessióne, coherédes ipsius in tua glória esse merámur. Per Dóminum nostrum.

**E**t, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio Ss. Cyrilli et Methodii Epp. et Cc.:

**Oratio**

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Slavóniæ gentes per beatos Confessóres tuos atque Pontífices Cyrillum et Methódium ad agnitionem tui nōminis venire tribuísti: præsta; ut, quorum festivitáte gloriámur, eorum consortio copulémur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos **Hebr. 7, 23-27**

**F**ratres: Plures facti sunt sacerdótes, idcirco quod morte prohiberéntur permanére: Jesus autem, eo quod máneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salváre in perpétuum potest accedéntes per semetípsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decébat, ut nobis esset pónifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior cælis factus: qui non habet necessitátem quotidie, quemádmodum sacerdótes, prius pro suis delictis hóstias offérre, deinde pro pòpuli: hoc enim fecit semel, seípsum offeréndo, Jesus Christus, Dóminus noster.

**Graduale Ps. 131, 16-17** Sacerdótes ejus induam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. **V.** Illuc prodúcam cornu David: parávi lucérnam Christo meo.

Allelúa, allelúa. **V. Ps. 109, 4** Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchisedech. Allelúa.

**+** Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthæum

**Matth. 19, 27-29**

**I**n illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratióne, cum séderit Filius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et

vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

**Credo, per totam Octavam.**

**Offertorium Ps. 88, 25** Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nòmine meo exaltábitur cornu ejus.

### Secreta

**H**æc oblátio, Dómine Deus, nostri cordis óculos illústret: ut per beáti Willibáldi Confessóris tui atque Pontificis, cuius natalitia colimus, mérita, te veráciter agnoscámus et aternáliter vidére mereámur. Per Dóminum nostrum.

**Pro Ss. Cyrillo et Methodio**

### Secreta

**P**reces nostras, quæsumus, Dómine, et tuorum réspice oblationes fidélium: ut tibi gratæ sint in tuorum festivitaté Sanctórum, et nobis cónferant tuæ propitiatiónis auxilium. Per Dóminum nostrum.

**Communio Matth. 24, 46-47** Beatus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

### Postcommunio

**S**umpta sacraménta nos, Dómine, sanctíficent: ut per intercessióne gloriósi Pontificis tui Willibáldi, cuius hódie natalitia colimus; ad gáudia vitæ cælestis transire valeámus. Per Dóminum.

**Pro Ss. Cyrillo et Methodio  
Postcommunio**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut, qui nobis múnera dignáris præbère cælestia, intercedéntibus sanctis tuis Cyrillo et Methódio, despícere terréna concédas. Per Dóminum nostrum.

**D**iebus 9 et 11 Julii dicitur Missa ut supra. Et die 9 Julii 2<sup>a</sup> Oratio erit de sancta Maria Concéde, 3<sup>a</sup> contra persecutores Ecclesiæ vel pro Papa; die 11 Julii 2<sup>a</sup> Oratio de S. Pio I Papa et Mart., 3<sup>a</sup> de sancta Maria Concéde.

**IN MISSIS VOTIVIS**

**Introitus Ps. 131, 9-10**

**S**ACERDOTES tui, Dómine, in- duant justitiam, et sancti tui exsúltent: propter David ser- vum tuum, non avértas fáciem Christi tui. (**T. P.** Allelúja, allelú- ja.) **Ps. ibid.**, 1 Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. **V.** Glória Patri.

**Oratio**

**D**eus, qui gloriósum Pontíficem tuum Willibáldum, Anglórum regni herédem, ad ætérnam Ange- lorum hereditátem transtulisti: con- céde propítius; ut ejus méritis et in- tercessióne, coherédes ipsíus in tua glória esse mereámur. Per Dómi- num nostrum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apó- stoli ad Hebræos **Hebr. 7, 23-27**

**F**ratres: Plures facti sunt sacer- dótes, idcirco quod morte pro- hiberéntur permanére: Jesus au-

tem, eo quod máneat in æténum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salváre in perpétuum pot- est accedéntes per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpel- landum pro nobis. Talis enim decé- bat, ut nobis esset póntifex, sanc- tus, innocens, impollútus, segregá- tus a peccatóribus, et excélsior cæ- lis factus: qui non habet necessitá- tem quotidie, quemádmodum sa- cerdótes, prius pro suis delictis hó- stias offérre, deinde pro pòpuli: hoc enim fecit semel, seipsum offeréndo, Jesus Christus, Dóminus noster.

**Graduale Ps. 131, 16-17** Sacer- dotes ejus induam salutári: et sanc- ti ejus exsultatióne exsultábunt. **V.** Illuc prodúcam cornu David: pará- vi lucérnam Christo meo.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 109, 4** Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in æténum, secúndum órdinem Melchisedech. Allelúja.

**Post Septuagesimam, omissis Al- lelúja et Versu sequenti, dicitur**

**T**ractus Ps. 111, 1-3 Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen ejus: generáto rectó- rum benedicétur. **V.** Glória et di- vitiae in domo ejus: et justitia ejus manet in sǽculum sǽculi.

**Tempore Paschali omittitur Gra- duale, et ejus loco dicitur:**

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 109, 4** Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in æténum, secúndum órdinem Melchisedech. Allelúja. **V. Eccli. 45, 9** Amávit

eum Dóminus, et ornávit eum: stola gloriæ induit eum. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélii scundum Matthæum

**Matth. 19, 27-29**

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratióne, cum séderit Filius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicantes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam æternam possidébit.

**Offertorium Ps. 88, 25** Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (**T. P.** Allelúja.)

### Secreta

**H**æc oblátio, Dómine Deus, nostri cordis óculos illústret: ut per beáti Willibaldi Confessóris tui atque Pontificis, cuius commemo rationem cólimus, mérita, te verá citer agnoscámus et æternáliter vidére mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

**Communio Matth. 24, 46-47** Beá tus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. (**T. P.** Allelúja.)

### Postcommunio

**S**umpta sacraménta nos, Dómine, sanctíficent: ut per intercessiónem gloriósi Pontificis tui Willibaldi, cuius commemoratió nem cólimus; ad gáudia vitæ cælestis transíre valeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sǽcula sǽculórum.

**R.** Amen.

Die 14 Julii

IN OCTAVA S. WILLIBALDI EP. ET CONF.

### Duplex majus

**Missa** Gaudeámus, ut in Festo.

Et fit Commemoratio S. Bonaventuræ Ep., Conf. et Eccl. Doct., ut in Missali hac die.

Die 15 Julii

S. HENRICI IMPERATORIS, CONF.

### Duplex

**Missa** Os justi, ut in Missali hac die.

Die 21 Julii

B. STILLÆ VIRGINIS

### Duplex majus

**Introitus Ps. 44, 8**

**D**ILEXISTI justitiam, et odi sti iniquitátem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae præ consortibus tuis. **Ps. ibid., 2** Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. **V.** Glória Patri.

**Oratio**

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui beatam Stillam famulam tuam insigni in pauperes dilectione et angelicæ puritatis nitore coruscare voluisti: largire propitiis; ut, ejusdem virtutes imitantes in terris, cum ipsa in caelis præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Et fit Com. S. Praxedis Virginis:

**Oratio**

**E**xaudi nos, Deus, salutarius noster: ut, sicut de beatæ Praxedis Virginis tuae festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiámur affectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios

2 Cor. 10, 17-18; 11, 1-2

**F**ratres: Qui gloriatur, in Domino gloriétur. Non enim, qui se ipsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétes modicum quid insipiéntiæ meæ, sed et supportáte me: aemulor enim vos Dei aemulatione. Despóndi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

Graduale Ps. 44, 5 Spécie tua et pulchritudine tua intende, pròspere procéde et regna. **V.** Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluja, alleluja. **V. Ibid., 15 et 16** Adducéntur Regi Virgines post eam: proximæ ejus afferéntur tibi in lætitia. Alleluja.

**+** Sequentia sancti Evangélii secundum Matthæum

Matth. 25, 1-13

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ, accipientes lámpades suas, exierunt óbviā sponsō et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciente sponsō, dormitavérunt omnes et dormierunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exite óbviā ei. Tunc surrexérunt omnes virgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extinguuntur. Respondérunt prudéntes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émitte vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, et clausa est júna. Novissime vero véniant et reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen, dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescitis diem neque horam.

Offertorium Ps. 44, 10 Filiæ regum in honore tuo, ástitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

**Secreta**

**S**uscípiat cleméntia tua, quásus-  
mus, Dómine, de mánibus no-  
stris munus oblátum: et per beátæ  
Stillæ mérita ab ómnibus nos mun-  
det peccátis. Per Dóminum no-  
strum Jesum Christum, Filium tu-  
um: Qui tecum vivit et regnat.

**Pro S. Praxedede****Secreta**

**A**ccépta tibi sit, Dómine, sacratæ  
plebis oblátio pro tuórum ho-  
nóre Sanctórum: quorum se méritis  
de tribulatióne percepísse cog-  
noscit auxílium. Per Dóminum no-  
strum Jesum Christum, Filium tu-  
um: Qui tecum vivit et regnat.

**Communio Matth. 25, 4 et 6** Quin-  
que prudéntes vírgenes accepérunt  
óleum in vasis suis cum lampádi-  
bus: média autem nocte clamor fac-  
tus est: Ecce, sponsus venit: exíte  
óbviam Christo Dómino.

**Postcommunio**

**D**ivina, Dómine, libántes my-  
stéria, quæ per beátæ Stillæ  
veneratióne obtúlimus maje-  
stati: quæsumus; ut ejus précibus  
véniam percipere mereámur pecca-  
tórum, et cælestis gratiæ donis re-  
ficiámur. Per Dóminum nostrum  
Jesum Christum, Filium tuum: Qui  
tecum vivit et regnat.

**Pro S. Praxedede Postcommunio**

**S**atiásti, Dómine, familiam tuam  
munéribus sacris: ejus, quæsu-  
mus, semper interventióne nos ré-  
fove, cujus solémnia celebrámus.  
Per Dóminum nostrum Jesum Chri-  
stum, Filium tuum: Qui tecum vivit  
et regnat.

**Die 19 Augusti**

**S. SEBALDI CONFESSORIS  
PATRONI MINUS PRINCIP.  
DICECESIS**

**Duplex majus****Introitus Ps. 36, 30-31**

**O**s justi meditábitur sapién-  
tiam, et lingua ejus loqué-  
tur judicium: lex Dei ejus  
in corde ipsius. **Ps. ibid., 1** Noli  
æmulári in malignántibus: neque  
zeláveris faciéntes iniquitátem.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**O**mnipotens sempitérne Deus,  
qui vitam beáti Sebáldi Con-  
fessoris tui per hujus sǽculi ærúm-  
nas laudábilem transíre fecísti: quæ-  
sumus; ut ejus intercessióne ple-  
bem tuam fóveas ac défendas, et  
post hujus vitæ cursum ad cælé-  
stia regna perdúcas. Per Dóminum  
nostrum Jesum Christum, Filium tuum:  
Qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti Deus: per  
ómnia sǽcula sǽculórum.

**Et fit Commemoratio S. Joannis  
Eudes Conf.:**

**Oratio**

**D**eus, qui beátum Joánnem,  
Confessórem tuum, ad cul-  
tum sacrórum Córdium Jesu et Ma-  
riæ rite promovéndum, mirabiliter  
inflammásti, et per eum novas in  
Ecclésia tua familias congregáre  
voluisti: præsta, quæsumus; ut, cu-  
jus pia mérita venerámur, virtútum  
quoque instruámur exémplis. (Per  
eúndem Dóminum nostrum.)

**Deinde Commemoratio Octavæ Assumptionis:**

**Oratio**

**F**amulórum tuórum, quæsumus,  
Dómine, delictis ignósce: ut,  
qui tibi placére de áctibus nostris  
non valémus; Genitricis Filii tui,  
Dómini nostri, intercessióne salvé-  
mur: Qui tecum vivit et regnat.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apó-  
stoli ad Timótheum

**1 Tim. 6, 6-12**

**C**aríssime: Est quæstus magnus  
pietas cum sufficiéntia. Nihil  
enim intúlimus in hunc mundum:  
haud dúbium, quod nec auférre  
quid póssumus. Habéntes autem  
aliménta, et quibus tegámur, his  
conténti simus. Nam qui volunt dí-  
vites fieri, incident in tentatióne  
et in láqueum diáboli, et desidéria  
multa inutilia et nocíva: quæ mer-  
gunt hómines in intéritum et perdi-  
tionem. Radix enim ómnium maló-  
rum est cupiditas: quam quidam  
appeténtes, erravérunt a fide, et in-  
seruérunt se dolóribus multis. Tu  
autem, o homo Dei, hæc fuge: sec-  
tare vero justitiam, pietátem, fi-  
dem, caritátem, patiéntiam, man-  
suetúdinem. Certa bonum certá-  
men fidei, apprehénde vitam ætér-  
nam.

**Graduale Ps. 91, 13 et 14** Justus  
ut palma florébit: sicut cedrus Li-  
bani multiplicábitur in domo Dó-  
mini. **V. Ibid., 3** Ad annuntiándum  
mane misericórdiam tuam, et veri-  
tátem tuam per noctem.

Allelúja, allelúja. **V. Jac. 1, 12**  
Beátus vir, qui suffert tentatióne-

quóniam, cum probátus fúerit, ac-  
cípiet corónam vitæ. Allelúja.

**Sequéntia sancti Evangélii se-  
cúndum Matthæum**

**Matth. 19, 27-29**

**I**n illo témpore: Dixit Petrus ad  
Jesum: Ecce, nos reliquimus óm-  
nia, et secúti sumus te: quid ergo  
erit nobis? Jesus autem dixit illis:  
Amen, dico vobis, quod vos, qui  
secúti estis me, in regeneratióne,  
cum séderit Filius hóminis in sede  
majestatis suæ, sedébitis et vos su-  
per sedes duódecim, judicántes  
duódecim tribus Israel. Et omnis,  
qui reliquerit domum, vel fratres,  
aut soróres, aut patrem, aut ma-  
trem, aut uxórem, aut filios, aut  
agros, propter nomen meum, cén-  
tuplum accipiet, et vitam ætérnam  
possidébit.

**Credo, ratione Octavæ.**

**Offertorium Ps. 88, 25** Véritas  
mea et misericórdia mea cum ipso:  
et in nómine meo exaltábitur cornu  
ejus.

**Secreta**

**L**audis tibi, Dómine, hóstias im-  
molámus in tuórum comme-  
moratióne Sanctórum: quibus nos  
et præsentibus éxui malis confidi-  
mus et futúris. Per Dóminum.

**Pro S. Joanne Eudes  
Secreta**

**P**ræsta nobis, quæsumus, omni-  
potens Deus: ut nostræ humili-  
tatis oblátio et pro tuórum tibi gra-  
ta sit honóre Sanctórum, et nos cór-  
pore páriter et mente puríficet. (Per  
Dóminum nostrum.)

**Pro Octava Assumptionis  
Secreta**

**S**ubvéniat, Dómine, plebi tuæ  
Dei Genitricis orálio: quam etsi  
pro condicione carnis migrásse cog-  
noscimus, in cælesti glória apud te  
pro nobis intercedere sentiámus.  
Per eúndem Dóminum nostrum.

**Prefatio de Octava.**

**Communio Matth. 24, 46-47** Beátus servus, quem, cum vénerit dó-  
minus, invénerit vigilántem: amen,  
dico vobis, super ómnia bona sua  
constituet eum.

**Postcommunio**

**R**efécti cibo potúque cælesti, De-  
us noster, te súpplices exorá-  
mus: ut, in cuius hæc commemo-  
ratíone percépimus, ejus muniámur  
et prémibus. Per Dóminum nostrum  
Jesum Christum, Filium tuum: Qui  
tecum vivit et regnat.

**Pro S. Joanne Eudes**

**Postcommunio**

**Q**uásumus, omnipotens Deus:  
ut, qui cælestia aliménta per-  
cépimus, intercedénte beáto Joánne  
Confessóre tuo, per hæc contra óm-  
nia advérsa muniámur. (Per Dómi-  
num nostrum.)

**Pro Octava Assumptionis  
Postcommunio**

**M**ensæ cælestis participes efféc-  
ti, implorámus cleméntiam  
tuam, Dómine, Deus noster: ut,  
qui Assumptiōnem Dei Genitricis  
cólimus, a cunctis malis imminénti-  
bus, ejus intercessióne, liberémur.  
Per eúndem Dóminum nostrum.

**Die 17 Septembris**

**S. HILDEGARDIS VIRGINIS**

**Duplex**

**Introitus Ps. 72, 28**

**M**IHI autem adhærére Deo  
bonum est, pónere in Dó-  
mino spem meam: ut an-  
núntiem omnes prædicatiōnes tuas  
in portis filiæ Sion. **Ps. 40, 13** Me  
autem propter innocéntiam suscep-  
pisti: et confirmásti me in conspéc-  
tu tuo in ætérum.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**D**eus, qui beátam Hildegárdem  
Vírginem tuam donis cælesti-  
bus decorásti: tribue, quásumus;  
ut ejus vestigiis et documéntis in-  
sisténtes, a præséntis sáculi calí-  
gine ad lucem tuam delectáibilem  
transíre mereámur. Per Dóminum.

**Et fit Com. Impressionis Ss. Stig-  
matum S. Francisci Conf.:**

**Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, qui, frige-  
scénte mundo, ad inflammá-  
dum corda nostra tui amóris igne,  
in carne beatissimi Francisci pas-  
siónis tuæ sacra Stigmata renová-  
sti: concéde propitius; ut ejus mé-  
ritis et prémibus crucem júgiter fe-  
rámus, et dignos fructus pénitén-  
tiæ faciámus: *Qui vivis et regnas.*

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apó-  
stoli ad Corínthios

**1 Cor. 1, 26-29**

**V**idéte vocatiōnem vestram, fra-  
tres, quia non multi sapiéntes  
secúndum carnem, non multi po-  
tentes, non multi nóbiles: sed quæ

stulta sunt mundi éligit Deus, ut confundat sapiéntes: et infírma mundi éligit Deus, ut confundat fórtia: et ignobilia mundi et contemptibilia éligit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriétur omnis caro in conspéctu ejus.

**Graduale Cantic. 3, 4 et 6, 2** Invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam. **V.** Ego dilécto meo, et diléctus meus mihi, qui páscitur inter lilia.

Allelúja, allelúja. **V. Isai. 61, 10** Exsultábit ánima mea in Deo meo, quia induit me vestiméntis salútis, quasi sponsam ornátam monílibus suis. Allelúja.

**In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúja et Versu sequenti, dicitur**

**Tractus Sap. 4, 1-3** O quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortális est enim memória illius, quóniam et apud Deum nota est, et apud hómines. **V.** Cum præsens est, imitántur illam, et desiderant eam, cum se edúxerit. **V.** Et in perpétuum coronáta triúmphat, incoinquínatorum certáminum præmia vincens.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:**

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 30, 22** Benedictus Dóminus: quóniam misericávit misericórdiam suam mihi in civitáte munita. Allelúja. **V. Prov. 4, 9** Lætare, mater nostra, quia dabit Dóminus cápti tuo augménta gratiárum, et coróna ínclytá próteget te. Allelúja.

**Sequéntia sancti Evangélii secundum Mattháeum**  
**Matth. 25, 1-13**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Simile erit regnum cælórum decem virginibus: quæ, accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exíte óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émitte vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánua. Novíssime vero véniant et reliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen, dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem neque horam.

**Offertorium Ps. 41, 2 et 3** Quem-ádmodum desiderat cervus ad fontes aquárum, ita desiderat ánima mea ad te, Deus. Sitívit ánima mea ad Deum fortém vivum.

**Secreta**

**S**anctæ Hildegárdis Vírginis tuæ festa recoléntes, preces offérimus et hóstias immolámus: præsta, quæsumus, Dómine; ut, cum præsidio temporáli, vitæ nobis præbeant increménta perpétuæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti.

**Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci**      **Secreta**

**M**únera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercedénte beáto Francisco, ab omni nos culpárum labe purifica. Per Dóminum.

**Communio Philipp. 1, 20 et 21**  
Magnificábitur Christus in córpore meo, sive per vitam, sive per mortem: mihi enim vívere Christus est, et mori lucrum.

**Postcommunio**

**P**erpétuo, Dómine, favóre proséquere, quos réficiis divino mystério: et quos imbuísti cælestibus institútis; eósdem, intercedénte beáta Hildegárde Vírgine tua, salutáribus comitáre solátiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti.

**Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci**      **Postcommunio**

**D**eus, qui mira Crucis mystéria in beáto Francisco Confessóre tuo multifórmiter demonstrásti: da nobis, quæsumus, devotiónis suæ semper exémpla sectári; et assidua ejúsdem Crucis meditatióne muníri. Per Dóminum nostrum.

**Die 22 Septembris**

**SS. MAURITII ET SOC. MM.**

**Duplex**

**Introitus Ps. 78, 11, 12 et 10**

**I**NTRET in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: vindica sanguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. **Ps. ibid., 1** Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam: polluérunt templum sanctum tuum: posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**A**nnue, quæsumus, omnípotens Deus: ut sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii et Sociórum ejus nos lætificet festiva solémnitas; ut, quorum suffrágiis nítimur, eórum natalitiis gloriémur. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf.:**

**Oratio**

**D**eus, qui beátum Thomam Pontíficem insignis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti: quæsumus; ut, ejus intercessióne, in omnes, qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benignus effún das. Per Dóminum nostrum.

**Léctio libri Apocalýpsis beáti Joán-nis Apóstoli**      **Apoc. 7, 13-17**

**I**n diébus illis: Respóndit unus de senióribus, et dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venérunt? Et dixi illi: Dómine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venérunt de tribulatióne

magna, et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et sérviant ei die ac nocte in templo ejus: et qui sedet in throno, habitabit super illos: non esúrient neque sítient amplius, nec cadet super illos sol neque ullus aestus: quóniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos et dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum: et abstérgat Deus omnem lácrimam ab oculis eórum.

**Graduale Exodi 15, 11** Gloriósus Deus in Sanctis suis: mirabilis in majestáte, fáciens prodigia. **V.** **Ibid., 6** Déxtera tua, Dómine, glorificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimicos.

Allelúja, allelúja. **V. Eccli. 44, 14** Córpora Sanctórum in pace sepulta sunt, et nómina eórum vivent in generatióne et generatióne. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélii scéndum Lucam **21, 9-19**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum audiéritis prælia et seditiónes, nolite terréri: opórtet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis: Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terræmótus magni erunt per loca, et pestiléntiæ, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia injicient vobis manus suas, et persequéntur, tradéntes in synagógas et custódias, trahéntes ad reges et præsides propter nomen meum: continget autem vobis in testi-

mónium. Pónite ergo in córdibus vestris non præmeditári, quemádmodum respondeátis. Ego enim dabo vobis os et sapiéntiam, cui non pótent resistere et contradicere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et frátribus, et cognátis, et amicis, et morte affícient ex vobis: et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: et capillus de cápite vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

**Offertorium Ps. 67, 36** Mirábilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtútem et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, allelúja.

### Secreta

**R**éspice, quæsumus, Dómine, múnera, quæ in sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii et Sociórum ejus commemoratióne deférimus: et præsta; ut, quorum honore sunt grata, eórum nobis fiant intercessióne perpétua. Per Dóminum nostrum.

### Pro S. Thoma

### Secreta

**S**ancti Thomæ Confessóris tui atque Pontificis, quæsumus, Dómine, ánnua solémnitas pietati tuæ nos reddat accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis officia, et illum beáta retribútio comítetur, et nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dóminum nostrum.

**Communio Sap. 3, 4, 5 et 6** Et si coram homínibus forménta passi sunt, Deus tentávit eos: tamquam aurum in fornáce probávit eos, et quasi holocáusta accépit eos.

**Postcommunio**

**C**aéléstibus refécti sacraméntis et gáudiis: súpplices te rogámus, Dómine; ut, quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

**Pro S. Thoma Postcommunio**

**D**eus, fidélium remunerátor ani-márum: præsta; ut beáti Thomæ Confessóris tui atque Pontificis, cuius venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

**Die 13 Octobris****DEDICATIO ECCLESIÆ  
CATHEDRALIS****Duplex I classis cum Octava  
communi**

**Missa Terribilis, de Communi De-dicationis Ecclesiæ.**

Et, in Missis privatis tantum, fit Commemoratio S. Eduardi Regis, Conf., ut in Missali hac die.

Die 14 Octobris de Octava fit Commemoratio, juxta Rubricas. Item diebus 15 Octobris et sequen-tibus, excepto die 18, in Cathedrali et in Ecclesiis non consecratis Diœ-cesis de Octava fit Commemoratio, juxta Rubricas, atque die 16 Octo-bris additur 3<sup>a</sup> Oratio de sancta Maria Concéde.

Die 20 Octobris fit de die Octava ac dicitur Missa ut in Festo cum Com. S. Joannis Cantii Conf.

**Die 15 Octobris**

**In Ecclesiis consecratis Diœcesis,  
excepta Cathedrali:**

**DEDICATIO PROPRIÆ  
ECCLESIÆ**

**Duplex I cl. cum Octava communi  
Missa Terribilis, de Communi De-di-cationis Ecclesiæ.**

Et, in Missis privatis tantum, fit Com. S. Teresiæ Virg., ut in Mis-sali hac die. De Octava Dedicatio-nis Eccles. Cathedr. vero nihil fit.

Diebus 16, 17 et 19 Octobris de Octava fit Commemoratio, juxta Rubricas. Deinde fit Commemora-tio Octavæ Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis per Orationem Deus, qui invisibiliter, quæ in Missali 2<sup>o</sup> loco ponitur, cum respectiva Se-creta et Postcommunione.

Die 18 Octobris autem de Octava nihil fit.

Die 20 Octobris vero fit de die Oc-tava Dedicationis Ecclesiæ Cathe-dralis cum Commemoratione S. Jo-annis Cantii Conf. et Octavæ Dedi-cationis Ecclesiæ propriæ per Ora-tionem Deus, qui invisibiliter.

Die 21 Octobris denique fit de VII die infra Oct. Dedic. Eccl. pro-priæ ac dicitur Missa ut in Festo cum Com. S. Hilarionis Abb. et Ss. Ursulæ et Sociarum Vv. et Mm.

Die 22 Octobris tandem fit de die Octava ac dicitur Missa ut in Festo.

**Die 19 Novembris****S. ELISABETH VIDUÆ****Duplex majus**

**Missa Cognóvi, ut in Missali hac die.**

## INDEX ALPHABETICUS

	pag.		pag.
Bennonis Ep. et Conf., duplex majus. 16 Junii	13*	Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., dupl. II cl. 27 Apr.	6*
Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii	13*	Richardi Conf., Patroni minus principalis Diœcesis.	
Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex majus. 15 Martii	5*	duplex majus. 7 Februarii	3*
Conradi a Parzham Conf., duplex. 21 Aprilis	6*	Sebaldi Conf., Patroni minus principalis Diœcesis.	
Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis, duplex I classis cum Octava communi. 13 Octobris	27*	duplex majus. 19 Augusti	21*
Dedicatio propriæ Ecclesiæ, duplex I classis cum Octava communi. 15 Octobris	27*	Solæ Conf., Patroni minus princip. Diœcesis, duplex	
Elisabeth Viduæ, duplex majus. 19 Novembris	27*	majus. 5 Decembris	1*
Henrici Imperatoris, Conf., duplex. 15 Julii	19*	Stillæ Virg., duplex majus. 21 Julii	19*
Hildegardis Virg., duplex. 17 Septembris	28*	Udalrici Ep. et Conf., duplex. 4 Julii	15*
Joannis Nepomuceni Mart., duplex majus. 16 Maji	10*	Walburgæ Virg., Patronæ minus princip. Diœcesis.	
Mariæ B. Virg., omnium gratiarum Mediaticis, duplex majus. 31 Maji	13*	duplex II classis. 25 Februarii	3*
— — Patronæ Bavariæ, duplex I classis. Sabbato primo mensis Maji	8*	— — Canonisationis Commemoratio. 1 Maii	10*
Mauritii et Soc. Mm., duplex. 22 Septembris	25*	Willibaldi Ep. et Conf., Patroni principalis Ecclesiæ	
Ottonis Ep. et Conf., duplex. 3 Julii	18*	Cathedralis ac Diœcesis Eystettensis, duplex	
		I classis cum Octava communi. 7 Julii	16*
		— — Octava, duplex majus. 14 Julii	19*
		— — Translatio, duplex majus. Feria II post Fe-	
		stum Ssñæ Trinitatis	12*
		Wunibaldi Conf., Patroni minus princip. Diœcesis.	
		duplex majus. 18 Decembris	1*

## APPROBATIO

Concordat cum originalibus approbatis.

Eystadii, die 28 Octobris 1940

† MICHAEL

Episcopus Eystettensis

## IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 6 Novembris 1940

WOLFG. SCHALLER  
Vic. Gen.